

sanctitatis et potestatis collate a deo non pertinet nisi ad sanctos viros et a-
 micos dei vel in morte vel in vita. quoniam tamen sancti homines cum tota sanctitate ipsorum de a-
 liquo signo miraculoso facti aliquid mala intentione habent et quous in hoc tomi a sancto
 non sunt. nihilominus tamen ad testificationem sanctitatis et doctrine veritatis ipsorum
 deus multa signa et miracula facit. Unde de gloria. numeri. xx. quod moyses et aa-
 ron quando per passionem verge fecerunt effluere aquam de petra habuerunt quendam
 vanam gloriam. id meruerunt audire. quod non credidistis in me sanctificaretis me co-
 ram filiis israel. Ideo non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Et su-
 per illo verbo luc. x. Nolite gaudere quod spiritus vobis subiciunt. de gloria. Quia leticia
 qua dominus discipulos letos videbat inanem gloriam sapiebat. gaudebat enim quod
 quasi sublimes scribiles hominibus et demonibus erant effecti. Ideo dominus in cordi-
 bus eorum tale elationem reprehendit iudicium ruine primi angelis referens quando
 dixit. videbam sathanam sicut fulgor de celo cadentem. Propter eundem quod mira-
 culorum tamen sunt signa testificationis sanctitatis et doctrine veritatis sanctorum ipsorum de ali-
 quibus canonizate. **A**d primum ergo est 88. quod miracula facere precipue non
 sunt nisi vultu dei. **A**lternatim tamen quandoque sunt vel angelis ministranti-
 bus vel sanctis orantibus et deprecantibus ut de aug. xij. de civitate dei. **A**d
 ij. est 88. quod licet mali homines possint facere miracula ad christi et sanctorum nominum in-
 uocationem non ipsi tamen dicuntur facere miracula. sed magis illi cuius vel quorum
 sanctitate sunt. Possunt enim mali milites quos iusticia impietatis condempnat sig-
 nis et vexillis eorum imperatoris quodam extorque et tollere ab alijs non iustitiam
 te domino. sed sancta et iusti viri possunt hoc facere per publicam iusticiam imperatoris
 ut de aug. in li. lxxvij. quod stronum. **A**d ij. est 88. quod miracula facta ad con-
 firmationem doctrine veritatis inveniuntur fidei. sed que sunt ad testificationem sancti-
 tatis requirunt fidei formatam caritatem. cuiusmodi est fides sanctorum

Ad v. sic procedit. Videt enim quod ipse propter donum prophetie debet aliquem in
 sanctum canonizare. Scribit enim sap. vij. quod spiritus sanctus in animis
 sanctorum se testat amicos dei et prophetas constituendo. sed amici dei non sunt
 nisi sancti viri. propter donum ergo prophetie ipse debet aliquem in sanctum canoni-
 zare. **P** scribit. ij. petri. i. quod non voluntate humana collata est aliquando pro-
 phetia. sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei omnes. donum ergo prophetie non re-
 uelatur nisi sanctis viris. **P** secreta dei non panduntur nisi dei amicis iuxta
 illud ioh. xv. Vos autem dicitur amici quod omnia quecumque audivi a patre meo
 nota feci vobis sed prophetia est quoddam secretum dei ergo non pandit nisi viris
 sanctis. **I**n ceterum est quod apostolus dicit i. ad cor. xij. Si habuerit prophetiam
 et nouerit misteria omnia caritatem autem non habeo nihil sum propter do-
 num ergo solum prophetie non est aliquis canonizandus. **R** Dicendum
 quod prophetare idem dicit quod longe et paul aliqua distantia a natura ho-
 minum cognitione pronuntiare quod mali homines facere possunt tribus modis

H. s.